



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 13. Martinus Arragonum, ac Siciliæ Rex.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

**Sæcul. XIV.** cum eodem reconciliavit, pacatamque re-  
**A. C. 1396** liquit urbem. Similes turbas præven-  
**Th. Niem.** turus Bonifacius reædificatum S. Angelii  
**I. 2. c. 14.** castellum muniit, quod a Gallis in princi-  
 piō schismatis ex parte destructum Ro-  
 mani feditiosi plane diruerant.

## §. XIII.

*Martinus Arragonum, ac Sicilia Rex.*

**In Hispania** Joannes Arragoniæ Rex 19  
 Maji an. 1395 in venatione subito mor-  
 tuus successorem habuit suum fratrem  
 Martinum Montis Albi Ducem. Hujus  
**Sur. Indic.** filius natu major pariter Martinus nomi-  
 ne duxerat Mariam filiam Friderici Ar-  
 ragonii cognomento Simplicis, Trinacriæ,  
 seu Siciliæ Regis extinti anno 1368: &  
 cum patre, Mariaque conjugé anno 1386  
 in Siciliam delatus a Siculorum parte  
**Face! p. 529.** Rex agnoscebatur: nam regnum erat di-  
 stractum magnopere; multique Optimates  
 sibi quisque proxima occupaverant.  
 Agnoscebant Papam Romanum, Avenio-  
 nensem vero Rex Arragonum, & plurimi  
 Fratres Mendicantes Franciscani, & alii.  
**Rayn. 1396.** Bonifacius ut his obstaret, & animos, si  
 posset, ad concordiam reduceret, Gilfor-  
 tium Panormi Archiepiscopum esse suum  
 in Sicilia Nuncium jussit per litteras 10  
 Junii an. 1396 datas. Sed nullum man-  
 dati hujus effectum video.

§. XIV.